jus interest, pro canonica institu-
tione et confirmatione præsentare,
deindeq́ in pacificam liberamq́ et
expeditam possessionem ipsius Eccle-
siæ et plebaniæ vestræ introdu-
cere et statuere, ac in eadem conser-
vare, nec non de suis proventibus
tali per vos electo nominato et præ-
sentato, respondere et per hos quo-
rum inter est, respondere facere
possitis et valeatis, ex præsenti
concessione nostra et gratia speci-
ali; alijs literis nostris harum
contrarium facientibus cuipiam
forsitan publicæ vel privatæ perso-
næ, similibus vel etiam alijs clau-
sulis ac sub quibus libet formis ver-
borum datis vel dandis, quibus omni-
bus præsentes præfecimus et præ-
ferri volumus, et quas præsentibus
annullamus et penitus retracta-
mus non obstantibus quibus cunq́,
in cujus rei memoriam et firmita-
tem præsentes Literas nostras